Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XVII. De Symmacho interprete.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

A corpus collegiſſet, & per certa cola ac membra diſtinxiſſet, & ſibi invicem è regione oppoſuiſſet, unà cum ipſo Hebraïco textu: Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; poſtea verò editionem Aquilæ & Symmachi ac Theodotionis cum ſeptuaginta Interpretum verſione ſeorſum in tetraplis digeſſit.

συναγαγὼν. διελών τε πρὸς κῶλον. καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν. ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔνδοσιν ἅμα τῇ τῶν ἑβδομήκοντα ἐν τοῖς τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας.

Caput XVII.

De Symmacho Interprete.

Vide Nicephor. c. 12, l. 5.

SCiendum porrò eſt Symmachum qui unus ex illis Interpretibus fuit, B Ebionæum fuiſſe. Eſt autem Ebionæorum hæreſis ita dicta, eorum qui Chriſtum ex Joſepho & Maria genitum, nudumq; hominem eſſe dicunt, & legem Judaïco more ſervandam eſſe contendunt, quemadmodum in ſuperioribus libris retulimus. Exſtant certè etiamnum Commentarii Symmachi, in quibus adverſus Evangelium Matthæi acriter diſputans, ſupradictam hæreſim adſtruere videtur. Atque hos Symmachi Commentarios unà cum aliis ſacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis, teſtatur Origenes ſe à C Juliana quadam accepiſſe, ad quam ij libri ſucceſſionis jure pervenerant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ΄.

Περὶ Συμμάχου τῆς ἑρμηνείας

ΤΩν γε μὴν ἑρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἰστέον, Ἐβιωναῖον τὸν Σύμμαχον γεγονέναι. αἵρεσις δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἐβιωναίων οὕτω καλουμένη, τῶν τὸν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγονέναι φασκόντων, ψιλόν τε ἄνθρωπον ὑπειληφότων αὐτὸν, καὶ τὸν νόμον χρῆναι Ἰουδαϊκώτερον φυλάττειν ἀπισχυριζομένων, ὥς που καὶ ἐκ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἔγνωμεν. καὶ ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου εἰσέτι νῦν φέρεται. ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον, τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. ταῦτα δὲ ὁ Ὠριγένης μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς γραφὰς ἑρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου, σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινὸς εἰληφέναι, ἣν καὶ φησὶ παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι.

Caput XVIII.

De Ambroſio.

Vide Nicephor. ibidem.

PEr idem tempus Ambroſius qui Valentini hæreſim ſectabatur, veritatis quam prædicabat Origenes virtute convictus, & quaſi lumine quodam menti irradiante colluſtratus, ad rectæ fidei quæ in eccleſia prædicatur profeſſionem tranſiit. Alii quoque complures eruditi homines pervulgato ubique Origenis nomine illecti, ad eum confluebant, periculum de ejus viri in ſa- D cris literis peritia facturi. Innumeri præterea hæretici, nec pauci ex illuſtribus Philoſophis, ſtudioſè eum auſcultabant: & præter rerum divinarum ſcientiam, græcanicæ quoque Philoſophiæ præcepta quaſi diſcipuli ex illo percipiebant. Quoſcunque enim ex diſcipulis ſolertia & acumine ingenii præditos animadverterat, eos in Philoſophiam introducebat, Geometriam illis tradens & Arithmeticam aliasq; prævias diſciplinas: inde ad varias Philoſophorum ſectas eos perducens, & libros à

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ΄.

Περὶ Ἀμβροσίου.

ΕΝ τούτῳ καὶ Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν αἱρέσεως, πρὸς τῆς ὑπὸ Ὠριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθεὶς, καὶ ὡς ἂν ὑπὸ φωτὸς καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὀρθοδοξίας προστίθεται λόγῳ· καὶ ἄλλοι δὲ πλεῖστοι τῶν ἀπὸ παιδείας, τῆς περὶ τὸν Ὠριγένην φήμης πανταχόσε βοωμένης, ᾔεσαν ὡς αὐτὸν, πεῖραν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τἀνδρὸς ληψόμενοι· μυρίοι τε τῶν αἱρετικῶν, φιλοσόφων τε τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγοι, διὰ σπουδῆς αὐτῷ προσεῖχον, μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις καὶ τὰ τῆς ἔξωθεν φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι. εἰσῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας ἑώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα· Γεωμετρίαν καὶ Ἀριθμητικὴν, καὶ τὰ ἄλλα προπαιδεύματα παραδιδοὺς εἴς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλο-